

## HISTORIA THEOPHILI METRICA,

AUCTORE UT CREDITUR

## MARBODO EPISCOPO REDONENSI

## MONITUM IN VITAM SEQUENTEM.

Ad hanc Vitam nihil aliud præfandum esse duximus, quam id ex quo posset erui hoc poema posse censeri genuinum Marbodi scriptum. Hoc autem censuerunt et probaverunt eruditissimi et sagacissimi Patres Hollandus et Ben-chenius in prævio Commentario ad hanc Vitam, prosa editam ab Eutychiano, quæ apud ipsos præcedit Vitam metro a Marbodo editam, quorum, tom. I, ad 4 Februarii, hæc sunt verba: Est nobis codex ms. in quo vario carmine heroico hæc continentur, et quidem hoc ordine: Passio S. Laurentii; Vita S. Alexii; Pœnitentia vicedomini per Genitricem Dei mirabiliter salvati; Passio SS. Thebæorum martyrum; Poema de Gemmis. Excerptum de scriptis Solini, etc. Nullus auctor apponitur, quem opinamur Marbodem, ex archidiacono Andegavensi episcopum Redonensem, ann. 1096 in concilio Turonensi, tum mense Martio ad tertiam Quadragesimæ hebdomadam habito, ab Urbano II pont. Rom. creato.

Hujus porro historię (quam nonnulli critici fabulæ sam opinati sunt) veritatem tot insignibus monumentis iidem Bollandiani ibidem probavere, ut de illa dubitare minus æquum, vel etiam minus pius, et minus summa B. Mariæ Dei genitricis erga Filium pro peccatoribus auctoritate dignum existimaverim. Illi autem hic transcribenda non duximus, ne actum agere, et volumen nostrum alienis observationibus inflare voluisse videamur. Ex illis etiam lector studiosus addiscere poterit quænam olim in Ecclesia fuerit vicedominorum (qualis erat Theophilus), seu Œconomorum dignitas, et quanta in rebus Ecclesiæ dispensandis auctoritas.

## CAPUT PRIMUM.

*Theophili Vita pie coapta; lapsus in scelera,  
Christo et sancta Maria abjuratis.*

Quidam magnorum vicedomnus erat meritorum,  
Theophilus nomen; tenuit quoque nominis omen.  
Quippe malum cavit, cultum Deitatis amavit;  
Totus in Ecclesiæ causis, totus theoria,  
Totus in activis studiis, quo pro Patre quivis  
Pauper gaudebat, per eum nec egenus egebat.  
Pontificem, clerum, plebes, hic publica rerum  
Spes sustentabat, et ad omnia sancta vacabat [f.  
vocabat.

Mortuus hinc fletur præsul, conventus habetur  
Pro successore, sit eo qui dignus honore.  
Complacuit sacer, ut meruit vir ad hoc memoratus;  
Hic venit quod onus metuit grave pontificatus.  
Dum petitur, nec is obsequitur, communiter iter:  
Eligitur, quia diligitur, meritis quia scitor.  
Consilium sanum venit ad metropolitanum,  
Qui jubet ut veniat, quo confirmatio fiat.  
Cogitur, excusat vicedomnus, et ire recusat:  
Nec valuit, quia plebs voluit, quem sustulit alnum;  
Ut decuit, fer; nec tacuit quoque dicere psalmum.  
Tunc a pontifice summo rogitatur amice,  
Ut flectat mentem, laudet magis Omnipotentem,  
Consilium metet, nec pontificare refutet.  
Clerus et accessit, eademque monendo lacessit:  
Plebs eadem dicit, nec eum sententia vicit.  
Ast importunus obnilitur omnibus unus,  
Dicens non esse se plura subire necesse;

A Sed sibi sufficere bene credita jura tenere:  
Non attentandum quo se mutuat superandum.  
Ergo renitentem, nec Patrum jussa sequentem,  
Hunc dimiserunt, alium cui substituerunt,  
Ordine qui functus, ritu quoque præsulis unctus,  
Cum dispensaret, res Ecclesiæque notaret  
Invidiæ fastu, facienteque dæmonis astu,  
Præsul pulsatur, a multis cum videatur  
Parte quod ex omni præstaret honor vicedomni,  
Et nimis elatus ejusdem sit dominatus,  
Quo nisi privetur, cito quilibet experietur,  
Culmen ut inde male vilescat pontificale.  
His præsul fractus, vicedomni discutit actus,  
Quos quasi devovit, hunc offitioque removit;  
Cui successorem promovit deteriolem.

B Theophili tunc res nihili factæ tenuantur,  
Dissimili vice, nec stabili, quia cuncta rotantur.  
Dum sua copia, prisosque gratia ratifloantur;  
Sic opulentiæ, sicque potentia se comitantur.  
Deficiunt ubi res, marcescunt illico vires;  
Dat famulæ fatem, sequiturque labor dominatum.  
Ista recordatus vicedomnus præmemoratus,  
Ingemuit miser, et doluit se despoliatum;  
Pœnituit modo, postposuit quia pontificatum.  
Displicuit, prius ut vixit per prospera tultus;  
Nunc eguit, populeque fuit probro quasi stultus.  
1509 Sic stupuit, sic desipuit pro sorte malorum,  
Cui nocuit, cui subripuit fraus dæmoniorum.  
Nunc aliquis siquidem vir pestifer et magus idem,  
Hebræus gente, se dæmonè plenus agente,

Ut videt afflictum, nec non quasi mente relictum,  
 Mox adit, hortatur dolor instans ut referatur;  
 Forsan prodesse: nihil, etsi narret, obesse.  
 Ille refert mœstus causas ex ordine questus,  
 Divitiæ quantæ, seu quantus amor fuit ante,  
 Quomodo privatus vilesceret annihilatus;  
 Huncque recepturum, seu mature periturum.  
 Lætior his factus, est consilium dare pactus;  
 Pactus et hoc jurat, quod (si certum fore curat,  
 Juret et ipse fidem pacto, quod tradet, eidem)  
 Jura gratus prisca poterit quoque sic adipisci,  
 Ut vicedominatum ferat ultra pontificatum,  
 Summus summorum, quanto magis inferiorum.  
 Ille fidem spondet tantum monet irrita non det  
 Rerum promissa, nec nutet mente remissa.  
 Nunc, ait, ausculta qua mando fide tibi multa.  
 Rex meus est Satanas, res non solitus dare vanas;  
 Sed miseris solitus succurrere, dans quoque ritus  
 Quoque servandos illis quos ducit amandos.  
 His bona suppeditat, hos rebus honoreque ditat.  
 Sub tenebris noctu, serva tempus memor hoc tu,  
 Illi te sistam: sed ne trepidaveris istam  
 Pompam, præmonco, veniet splendente trophæo.  
 Stans tantum credas, tibi nec signum crucis edas,  
 Per quod eam signum nequeas reperire benignum.  
 Experire bonum tunc ad tua vota patronum.  
 Ergo miser lætus, hoc consolamine fratus,  
 Jussis parere, nec signiter illa tenere,  
 Sese promittit quem sic magus in sua mittit.  
 Inde per horrorem noctis, dum cuncta soporem  
 In terris agerent, nec quavis luce niterent  
 Stellæ vel luna, dictus miser et magus una,  
 Ut convenerunt ad quæ loca constituerant.  
 Vociferante mago, Satanas rex, mortis imago,  
 Illius signa, turba comitante maligna,  
 Ipse teter, fuscus, barathri tamen igne coruscus,  
 Splendentique parum, docet ut regem tenebrarum,  
 Adveniens aedit sublimis. Huic magus edit:  
 Ecce, pater, quali, vel quam cura speciali,  
 Ut tua laus et honor crescant, tua juraque, conor.  
 Est par servire dominis, jussis et obire;  
 Est bene servire dominis, adversa ferire.  
 Gloria majorum plebs est numerosa suorum.  
 Ergo tuam partem lucror per quamlibet artem,  
 Subducens Christo proprios, ut ceruis in isto.  
 Iste potestate spoliatus, opem petit a te,  
 Cui nimium læso solita faveas ope, quæso;  
 Exemplo ductus quo proveniat tibi fructus,  
 Qui sic augetur, dum quis tua dona sequetur.  
 Hæc modo prætende miserendo, pater reverendo,  
 Hujus perpes eris dominator, si misereris.  
 Fili, delinquit multum, Satanas ferus inquit,  
 Qui favet indignis per debita dona benignis,  
 Et nocet, ut nosti, sibi met, qui consulit hosti.  
 Hostis et hic meus est, nec dona ferat mea jus est.  
 Non mihi fas sisti signatos stigmata Christi:  
 His dare nil possum, quia valde perosus eos sum.  
 Ast hic, prætari si quid vult, seque juvari,  
 Christi cum Christi baptismate, matreque Christi

A Abneget, abscedat et eis, mihi sponteque credat.  
 Ut tunc gratetur me principe, quando fruetur  
 Sorte mei regni sub averni sede perenni.  
 Condelectatus mihi quando feret cruciatus,  
 Sustinet lætus vermes, incendia, fletus.  
 Hoc mihi concivis poterit pacto fore quivis.  
 Tunc mea dona feret, si nobis fidus adhæret;  
 1510 Sed mihi suspecta nimis est hæc perfida  
 [secta  
 Christi cultorum, quoniam mihi quilibet horum  
 Obsequitur, fractus adversis, vota que nactus,  
 A me discedit, et Christo rursus obedit;  
 Qui vehemens mea jura premens, fovet hunc revo-  
 [cando,  
 Quem pia grata cogit, ut omnia salvet amando.  
 B Theophilus dixit: illum, quem plebs crucifixit,  
 Christum cum Christi baptismate, matreque  
 [Christi  
 Abnego: Credo tibi, Satanas. Mox talia scribi  
 Fœdera præcepit, et eo signante recepit.  
 Hoc ubi perficitur, ambobus evantibus itur.  
 Exerit ergo dolum dæmon, non pristina solum  
 Reddere, sed plura superaddere complacitura,  
 Ut princeps mundi, dispensans gaudia mundi.  
 Nec mora, compunctus præsul; populus quoque  
 [cunctus,  
 Pro prius abjecto, nec jure, nec ordine recto,  
 Se pecasse sonat, vicedominatumque redonat.  
 Qui mox elatus subito fastu, dominatus  
 Jus exercebat, renovans ut quæque volebat:  
 C Ipse parebant, ipsum cuncti metuebant  
 Sæpius invisit magus hunc, cui fors ita risit,  
 Ut congratetur, socius quia mortis habetur;  
 Ut moneat pacti Satana cum principe facti;  
 Neve sui doni foret immemor atque patroni,  
 Imo pro dono paret per cuncta patrono.  
 His miser intendit monitis, gratesque rependit;  
 Fœdus mandatum fore jurat et inviolatum.

## CAPUT II.

*Pœnitentia Theophil.*

Sic irretitus, et rerum flore potitus,  
 Exultat stultus, jam Lazarus ille sepultus,  
 Jam desperatus, fetensque jacet religatus.  
 Sed verus medicus: Dormit meus, inquit, amicus,  
 Excitet hunc mea vis. O Christi gratia suavis!  
 Non peccatoris vult mortem, sed melioris  
 D Ad studium vitæ conversum vivere rite.  
 Hujus præteritæ nec dæpexit bona vitæ,  
 Quam studiis vivis inopi succurrere cuivis,  
 Quam, quæ debebat, bene dispensare solebat.  
 Utilis ad quæque, sibi providus Ecclesiæque.  
 Hæc Deus attendit, qui centuplicata rependit,  
 Vere propitiæ, qui Patrum vidit, et hujus  
 Cor vidit, tetigit, et in hoc sua spicula figit.  
 Figit; quippe redit miser ad cor, protinus edit  
 Cordis mœrorem, stupet, ingeminatque dolorem;  
 Namque status prisca sene cepit reminisci.  
 Pensat confusus, a dæmonibus male lusus,  
 Lapsus quomodo sit de culmine, cum neque proicit.

Quod beat incipere, sed sine beante carere.  
 Etque recordatus simul æterni cruciatus,  
 Igne inextinctus barathro quia personat intus,  
 Et damnatorum stridor, planctusque reorum,  
 Folor et impurus, et vermis non moriturus.  
 Cogitat hæc animo tunc mirrens cordis ab imo;  
 Insonnis durat, non jam sua gaudia curat.  
 Quo prius immensum tumuit formidine sensum,  
 Dejicit afflictus, ceu vulnere qui stupet ictus;  
 Seque perisse putat. Tunc talia mente volutat:  
 Ecce per admissum scelus, heu miser! heu mihi

[quis sum!

Dum starem tutus, quo sum labendo volutus?  
 Quo pergam? Quid agam? qui mortiferam gero  
 [plagam.

Non est salvator, nisi tu Deus ipse creator;  
 1511 Ergo Dei Nato tecum Genitrice negato,  
 Quis me salvabit, fideique reconciliabit?  
 Quid prosunt factus per iniquos dæmonis astus,  
 Sic conquisiti, sic principe dæmone niti?  
 En servus factus, en perpetuo fore pactus  
 Sum civem Satane me propter nomen inane,  
 Et pactum scripsi, quod tradens obligor ipsi.  
 Hei mihi! quod scripsi quis fortior abstrahet ipsi?  
 O si nescissem, si nunquam consulissem  
 Hunc detestandum, barathroque magum crucian-

[dum,

Judice damnatum longe prius ut sceleratum!  
 Cur, qui te prodit, cur quisquis te Deus odit,  
 Sic exaltatur, et honoribus amplificatur?  
 Quid valuit mihi quod placuit, quod ab hoste  
 [petivi?

Quippe fluit quod mane cluit, quod mane cupivi.  
 Sola terit, nec culpa perit, nisi quæ venialis  
 Exstiterit, ceu culpa ferit measme specialis.  
 Judicium, non effugium, mihi denique restat,  
 Auxilium, vel consilium quia quis mihi præstat,  
 Ante Deum mea causa reum me quando vocabit;  
 Quodque meum scelus est, in eum spes nulla plabit.  
 Cumque sciam quod non veniam mea causa  
 [meretur,

Quid faciam, cui nulla visam spes ferre videtur?  
 Quisque sibi meditatur ibi se quomodo purget,  
 Vixque sibi valet; omnis ibi justos timor urget.  
 Pro me non aliquis stabit, cum jungar iniquis.  
 Væ mihi tunc misero, tunc plangetur quia sero!  
 Hic dolor æternus, nec luctum finit Avernus:  
 Hic facies sævæ, nihil auditur, nisi væ, væ.  
 Qui cruciatur, ad hoc reparatur, ut hic patiatur;  
 Dumque precatur ut excipiat, ut oripiatur,  
 Nemo juvatur, nemo levatur, pœna novatur:  
 Mors dominatur, nec miseratur, nec satiatur.  
 Heu defraudatus, sum luce Dei spoliatus,  
 Obsitus illecebris, circumfususque tenebris!  
 Demens ergo mei sum proditor atque fidei;  
 Perdit enim mentem qui denegat Omnipotentem.  
 Heu quam peceavi, qui memet mortificavi!  
 Apprime viliis animæ miser implicui me,  
 Et minime datur ut lacrymæ veniant. At opime

A Si venient, non sufficient mala tanta lavare.  
 Insufficiunt magis, et facient mala cor stimulare.  
 Sponte rui nec pertimui me subdere sordi.  
 Desipui miser, ut sapui mala dulcia cordi.  
 Esse meum datur esse reum, nocet, heu! nocet

[esse,

Sic piceum, sic tartareum, dum vivitur esse:  
 Esse perenne deinde paratur in igne gehennæ.  
 O mihi quid faciam? pars Christi quomodo sum,  
 Ut justis jungar, fidei meritisque refungar?  
 Heu! quo deveni, prolapsus in extrema cœni?  
 Surgere non fas est, non surgere velle nefas est.  
 Hoc sed conabor, sed opem cujusque precabor.  
 Quamvis peccarim, quamvis te, Christe, negarim,  
 Et regnatricem per sæcla tuam Genitricem,

B Ocius ibo tamen, ejus quærendo juvamen,  
 Poscens rigine cœlestis opem sine fine,  
 Nec capiens escam, nec potum, nec requiescam  
 Unde cibor, fletus erit, et dolor irrequietus,  
 Mente Deo tota fundendo gemens mea vota.  
 Hæc audere tamen, puto criminis est cumulamen,  
 Dum peccatoris oratio sordeat oris.  
 Plus irritatur insensus, quando rogatur.  
 Et si præsumam, primordia qualia sumam?  
 Rumpat vindicta ne cœlestis mea dicta?  
 Vocibus indignis ultor ne concrepet ignis?  
 Utraque pœna gravis orare tacereque pravis;  
 Dissadet terror, vult spes, gemitusque sit error.  
 Sed fas transibo, quamvis temerarius ibo.

1512 Ut potero faciam, pulsando, rogando Ma-  
 [riam.

C Sic exhortatus vicedomus se memoratus,  
 Et confortatus abit, in templo quoque stratus  
 Consolatrix mundi Domini Genitricis,  
 Jejunaans, plorans, pernox et perdius orans;  
 Atque quaterdenos peragendo dies ita plenos,  
 Perstitit immotus, contrito pectore totus.

## CAPUT III.

*Increpatio sanctæ Mariæ apparentis, et spes veniæ  
 impetrandæ data Theophilo.*

Astitit inde pia dicens huic virgo Maria:  
 Cur sic vexaris, homo, nec fletum moderaris,  
 Me vexans Nati matrem per scripta negati?  
 Quæris et hoc per me, cum prodideris pariter me,  
 Aut mos est hostem placari posse per hostem?  
 Offendet potius, et causa gravabitur ejus.

D Cur igitur poscis, quos sic temerasse renoscis?  
 Sed dum clamatis ad me matrem pietatis,  
 Non poterit fieri, quo possum non misereri.  
 Nam non grata parum gens est mihi Christicola-  
 [rum,

Gratis præ reliquis recollit mea lamina si quis,  
 Nominis estque mei memor amplo corde fidei;  
 Hunc quovis pacto salvare benigna retracto,  
 Hunc extollendo, refovendo, monendo, regendo:  
 Ast irritatum labor est accedere Natum,  
 Me pariter potius offensio commovet ejus.  
 Nunc tamen accedam, nec eum complexa recedam,  
 Dum fractum placem, dum missa feram tibi pacem.

Est iudex eundem pius, at justissimus idem,  
 Dans quod debetur, illos premit, his miseretur.  
 Percutit, ignoscit, ut res et gratia poscit.  
 Expediit hoc ergo, quo linquens crimina tergo,  
 Solers quique vacet reus, illum quomodo placet.  
 Si tamen æquetur, plagæ bene cura medetur:  
 Lenior hos curat dolor, hos decet acrior urat.  
 Nunc opus unguentis, nunc fortibus experimentis:  
 Quos nequit unctio, sedat adustio sæpe tumores;  
 Sanat sectio, non confectio sæpe dolores;  
 Sic correptio, quos non suasio, dat meliores;  
 Corripit hos percussio, dirigit hos miseratio.  
 Dixerat. Huic fetus vir reddidit hæc animalus;  
 Inclyta cælorum regina, salus populorum,  
 Gloria sanctorum, speculumque decoris eorum,  
 Electissima, præcelsissima mater honorum,  
 Virgo piissima, tu certissima spes miserorum,  
 Tu studii, tu consiliiatrix potioris,  
 Naufragil simul et varii tutela laboris.  
 Peccavi, domina, nimis, et premit ista ruina;  
 O quam peccavi, qui te Dominumque negavi!  
 Confiteor, quia detineor, culpis miserandus:  
 Et vereor, quia, quod mereor, ferar ecce cremandus.  
 Quippe caret venia scelus hoc, mi sancta Maria;  
 At sunt inulta [f. multa] satis exempla datæ ple-

[talie,

Indelinquentes, miserabiliterque ruentes.  
 Sic Ninivite protelant tempora vite.  
 Sicque salvatur Rahab, Israel sociatur.  
 Sicque manu fortis David rex crimine mortis  
 Sese scedavit quod majori duplicavit;  
 Sed quod peccavit, deflendo gradum reparavit;  
 Inde prophetia clarus quoque psalmigraphia.  
 Si liceat fari, mea culpa valet similari  
 Petro constanti Dominum bis terve neganti:  
 Quem quia respexit Salvator, protinus exit  
 1513 Flendo satisfacere dignus, Dominumque

[videre,

Ecclesie princeps, venie quoque forma deinceps.  
 Donatur venia quoque Magdalena Maria,  
 Quæ bene dum flevit, scelerum maculas abolevit,  
 Jam Domino grata, jam sæclis concelebrata.  
 Sicque vocante reus Domino placet ille Zachæus.  
 Sic statuit Paulum, quæ straviv gratia Saulum.  
 Qui graviter cecidit, talem Corinthia vidit.  
 Hinc Paulus scribit; quia talis carne peribit,  
 Ut vivat mellus salvatus spiritus ejus.  
 Talis et insanus magus exstiterat Cyprianus (91):  
 Quot sordes illi, tot erant non forte capilli.  
 Quippe malignatus et dæmonibus sociatus,  
 Justa profanabat, parvos utroque accabat.  
 Tandem compunctus redit, Ecclesie quoque jun-

[ctus

Est per Justinam, mentem mutando ferinam.  
 Hinc præsul factus, aliorum corrigit actus,  
 Martyrio dignus. Fecit Deus ista benignus:  
 Ut vult, ut præscit, qui nil, nisi nescio nescit.

(91) Non quidem S. Cyprianus Carthaginensis  
 episcopus, et martyr, sed Cyprianus olim magus, et

A Me quoque tantorum relevant exempla virorum,  
 Ne male desperem, quia desperans remanerem,  
 Namque mei miseri potis est Dominus misereri.  
 Sic tu, sancta, roges, si Natum parcere coges.  
 Parcet enim pro te, quem parcere coge, rogo te.  
 Velle tuum faciet Natus, tu præcipe, fiet.  
 Nempe tui juris est terra manum ruituris.  
 Cum naturalis tibi sit pietas specialis,  
 Conditionalis, et sit tibi gratia talis:  
 Humani generis ut casibus auxiliaris  
 Sicut tutatrix, ut mater et ut mediatrix.  
 Ipse Deus certe sit nobis hic homo per te.  
 Ergo Deo mediam præstans hominique Mariam  
 Te, Pater, ille dedit, cui mundus totus obedit.  
 Huic est affandi tibi fas, Natumque precandi.  
 Dumque loqui proli tibi sit facundia soli,  
 Tam proli caræ tu viscera sancta precare.  
 Virgo sub hæc: Fili, dixit, jam more virili  
 Ad bona prisca redi, credas quoque debita credi:  
 Voceque sinceræ fidei mentisque fatere,  
 Ex me quod natus, et per tua scripta negatus.  
 Semper viventis Christus Patris omnipotentis  
 Filius est vere, qui finem nescit habere;  
 Et qui venturus est, iudiciumque daturus  
 Secum victuris, nec non a se perituris.  
 Talibus attractus, respondit homo tremefactus,  
 Qualiter audendo, Dominum Deumque fatendo,  
 Os quoque tam dire scedatum nunc sperire;  
 Quod male scedavi, cum te, præsancta, negavi,  
 Ac ex te genitum, sacramenti quoque ritum,  
 Gratia quo quemque salvat baptismum, crucemque?  
 C Tota salus hominis his rebus inest quia binis.  
 Abjurans sprevis, sic ad mea damna recrevis;  
 Fascibus elatus, sed crimine præcipitatus.  
 Absit mens dubia, respondit sancta Maria,  
 Conetans accede tantum, credendaque credo,  
 Atque salutaris bona pristina confitearis.  
 Namque Deus vehemens pietate per omnia cle-

[mens,

Suscipiet flentem te sicque satisfacientem.  
 Respondit: Credo, totum tibi me quoque dedo,  
 Confiteorque baptismum, crucisque trophæum;  
 Quod Patris et Nati, vel Flaminis est Deitati  
 Compar majestas, nec dispar et una potestas.  
 Nescit et utrumque qui finem principiumque;  
 Est tamen utrumque qui finis principiumque,  
 D Per quem subsistunt elementa, nec ulla resistunt.  
 Hinc Patris æterna proles de sede superna  
 In sæcli sine veniens carnis genuinæ  
 1514 Functus natura, prodit te Virgine pura:  
 Te speciei, te regalis progeniei.  
 Te meriti deici, supra quam copia dici.  
 Utpote scrutantem renes et corda probantem,  
 Quem peperisti, cui placuisti, femina Christi.  
 Sic humanatus Deus est homines miseratus,  
 Præter peccata patiens mortalia fata.  
 Hinc moriens, mortis fractis apud infera portis,

tantum martyr, cum Justina martyre, quorum fe-  
 stum celebratur 26 Septembris.

Ergo mirari non sufficit, et venerari,  
Non enarrari, non laudibus æquiparari,  
Quæ sapientia, quæ patientia Cunctipotentis,  
Quæ compassio, quæ dilectio sit miserentis  
Circa peccantes, et criminibus famulantes.

**1516** Sed jam signorum vestigia cerno priorum;  
Nam Moyses lator legis sacer, et mediator  
Inter parentum populum, Dominumque jubentem,  
Esis et rebus dum quadraginta diebus  
Abstinet, atque vacat precibus, Dominum bene

(placat

Iratum populo; legem meruitque secundo.

Exemplo simili pius hic vir mente virili,

In templo Jesu matris, sine corporis esu,

Explevit numerum totidem lacrymando dierum,

Ipsam placatum dum redderet ante negatum

Propitiantem pia, nec non mediante Maria.

Talia præstantem, lapsos quoque sponte vocantem,

Summum laudemus, veneremur, glorificemus,

Ipsius et matrem, restauravit quia fratrem:

Quæ lucis fons est, quæ lucis ad atria pons est,

Quæ sovet afflictos, peccati turbine victos.

Ipsa levat fessos, vitiorum pondere pressos.

Hæc desperatis spes, præstat opem bonitatis.

Porta Dei, portis hæc est contraria mortis,

Mentis sinceræ precibus quæ sueta patere,

Per se tendentes, se suppliciterque petentes,

Cunctos admittit, Dominoque poloque remittit.

Ad quam pulsamus, oculos et corda levamus;

Ad quam pulsamus humiles, aditumque rogamus;

Ad quam clamamus animis, precibus vigilamus;

Ad quam clamamus, exclusi ne maneamus.

Hæc nos confortet, ut vult, et sicut oportet.

Hæc nos letetur, hæc et nostri memoretur,

Nosque sui memores dei per placitos sibi mores,

Jugi conatu gaudere suo famulatu.

Quod det possimus, det quo cum posse velimus.

**A** Nam cui servimus, hæc si spernente perimus?  
Hanc nos expetimus, cujus præconia scimus,  
Ad quam confugimus, quo non fugisse nequimus.  
Conspicimus siquidem per eam qua frater hic idem  
Clade sit ereptus, meritum super hæc et adeptus.

Ex hoc gratatur Pater, et bonus ille profatur:

Jam ritu festo sint annulus et stola præsto,

Velenturque pedes; vituli pinguis quoque cædes

Nos convivari, gaudere det, ac epulari.

Namque tibi, Christo, peccans frater reus iste,

Vivere desivit, sed jam post funera vivit.

Ac est inventus, sub perditione retentus.

Hinc quid dicamus, his cum non sufficimus?

Sed formidamus, vindictam si taceamus.

Ergo nunc stantes dulci pro carmine mentes,

**B** Hoc suspiremus, quod non proferre valeamus.

Hæc gaudens cecinit præsentis æcer: Ac ubi finit,

Surgit humi stratus vicedominus, eoque precatus

Est, ne servetur, sed charta nefanda cremetur.

Utque cremabatur, laus a populis iteratur,

Et Kyrie eleison, est missarum quoque Canon

Ordine perfectus; sacramentisque reffectus

In virtute Dei vicedominus, per faciei

Fulsit splendorem, rutilo non sole minorem.

Cuncti mirantur hæc, et trepidi venerantur.

Plausibus hymnidicis sic ad templum Genitricis

Est Christi ductus, post præteritos ubi luctus,

Corpore jam mutans ægro, tamen illa salutans

Jugi, devota prece, spe, loca, signaque nota,

Per triduum durat, nec jam mortalia curat.

Cumque salutasset fratres, et quod superesset

**C** Ex rebus, servis Christi, miserieque catervis

Ut dispersivit, sine fine beatus obivit.

Quæque prius stratus, sovet hæc loca nunc tam-

latus,

Qua collaudatur, qua virtutes operatur,

Præstans solamen justis precibus Deus. Amen.

## CARMINA SEPTEM FRATRUM MACHABÆORUM

(Hoc poema invenitur inter opera Marbodi episcopi Redonensis typis edita Redonis apud Joannem Mace bibliopolam jussu Yvonis Redonensis episcopi an. 1524, cujus exemplar existat in bibliotheca collegii Mazarinæi Parisiis.)

**1517** Antiquæ legis jus solvens jussio regis,

Ad res illicitas dum cogeret Israelitas,

Septem germani renuentes jussa profani,

Cum genitrice bona, cui maxima danda corona,

Virtutis veræ reliquis exempla dedere,

Ob patrium morem proprium fundendo cruorem,

Primus tormentis insullans robore mentis

Provocat Antiochum jaculans hæc epicula vocem:

Inventor sceleris, quid vos [/.nos] subvertere quæris,

Vesci porcina cum sit manifesta ruina?

Verbera sæva pati sumus exiliumque parati,

Membrane truncari, quam legem prævaricari.

Mox furor irati linguam jubet ista profati,

**D** Summaque jure pari manuumque pedumque putari,

Et cute detracta capitis, nec mente subacta

In fervente virum frigi sartagine vivum.

Ille tenendo fidem perdurat in omnibus idem,

Et moriens digne velut aurum fulget in igne.

Laudat vexati genitrix certamina nati

Ad pœnas similes animos natura viriles.

Spectat tormentum fratrum pia turba sequentum

Prædicatque mori non succubitura dolori,

Sicque volens perimi jam vincit et in nece primi.

Primus abiit mundus, venit ad tormenta secundus,

Cui veluti primo, postquam fuit omnis ab imo

Vertice rapta collis, spes est oblata salutis